

X2120672

J.V. 115.



B. C. D!  
Serius at serius  
**Curriculum**  
Vitæ pulcherrimæ,  
Qvam vixit, dum vixit

## V I R

Generis antiquitate, Munerum dignitate, Itinerum  
utilitate, rerum pulcherrimarum notitiâ,  
**NOBILISSIMUS DN.**

# Tonat Schönenleben

In Gangenrinn/

Hic FREIBERGÆ

9. Aug. A. C. 1582. *natus*  
28. Nov. A. C. 1609. *prima vice*:  
24. Sept. A. C. 1644. *alterâ Maritus*:  
26. April. A. C. 1625. *Senator*:

â Potentissimo verò Electore - Saxoniæ

Joh. Georgio I. gloriofissimæ memorie,

A. C. 1629. *Decimator*,  
Post. A. C. 1631. *Consul declaratus*:

Duorum filiorum felix Parens,

A. C. 1658. d. 12. Febr. cùm explesset  
Etatis annos 75. Menses 6. dies 2. horas 17 $\frac{1}{2}$   
placide denatus,  
enarraturus

**OMNES atq; SINGULOS**

Quicuncq; aliqua ratione & statione

Huic nostræ metalliferæ Urbi

& præsunt & prosunt.,

*ut audire velint,*

Humilitate & devotione

Qva potest, maxumâ

invitat

M. ANDREAS BEYER / G. R. & SYMMYSTA  
ad D. Nicolai C.

Stanno BECKERIANO.



B. C. D!  
Lectori Benevolentissimo S. P. & Officia!



*Ingularia planè & edecumata*,  
fuisse olim *Insignia*, & tantum non divina Axio-  
mata *Senatus Romani*, *Eiusdemq. Capitum-Consu-*  
*lum*, Romanæ Historiæ conditores scribunt..  
Enimvero, ut XII. *fastes* prælatos cum illiga-  
tis securibus, & totidem *lectores* antegressos  
prætermittam, *prætextam* purpuream non attin-  
gam, *Sellam* curulem, sive *θεονος ἐλεφάντινον καὶ*  
*χεύσεον*, sive, ut Venusinus vocare amat, *Curule*  
*ebur*, & qvæ portatur juvenum cervicibus, auream sedem non acce-  
sam, neq; *purpureos* à miniatis, qvibus Consulum nomina inscribeban-  
tur, literis, ut videntur, sic dictos *Fastos* hîc evoſvam, neq; *septem Proces-*  
*sionum* f. περόδων, ut Græci vocant, meminero, regium qvid spirabat, qvòd  
ludos non modo à priscis *ordinatos* ederent; sed & *novos instituerent*; datâ  
prius aliquandiu (nam postea Imperatores sumebant) consulari Maje-  
state dignâ *supellecstile*, scribis, librariis, apparitoribus, mulis, tabernacu-  
lis, ipsis in bellum ituris, *administrarent bella*; post *jus*, qvod habebant,  
*Comitiorum centuriatorum creandorumve Magistratum*, *Fastos* reserarent, h.e.  
annum inchoarent & panderent, *annorum differentias* notarent, & qvod  
sic anni à Consulibus computabantur, *Nomina* ipsorum *toto terrarum orbe*  
*volitarent*, stante Rep. *sumptus annuos* sive census civitatis in foro hasta,  
positâ exigerent, consulatus altæ senectæ præferretur, neq; post consu-  
latum depositum omnis honos extingveretur; sed *consulares* appella-  
rentur, *nummi ex S. C.* in Consulum & familiæ ipsorum honorem *cude-*  
*rentur*, vitâ & munere defunctorum *laudes in solenni panegyri ebuccinaren-*  
*tur* ac *statuae ponerentur*, &c. Prout olim prolixius has & alias *Consulum*  
*Dignitates* proposuimus ( *Dissert. de Consule Romano c. 5. & 6.* ) Nunc vero  
bonâ, ut speramus cuiuslibet gratiâ repetimus, *tum*, ut ostenderemus  
*Magna munia magnis honoribus digna* ab antiquis meritorum dignis æstu-  
matoribus esse habita, & etiamnum esse habenda, deberiq; haut vulga-  
rem honorem, si non alia re, certò tamen non dissimilibus nomine *Viris*, ali-  
isq; alio qvoq; nomine *de Rep. bene meritis*. Dicinamq; non potest, qvàm  
libenter proposito virtutibus præmiô laboretur, ornamenti honorum  
imitatio incitetur, virtus æmula exemplô honoris alieni alatur, & po-  
steri ad Majorum legenda vestigia h.e. simili diligentia bene de repu-  
blica merendum instigentur: *Tum* deniq; ut *hujus nostri propositi æqvo*  
rerum & meritorum censori redderemus rationem. Nimirum, aluit  
*Celeberrima hac nostra Freiberga superioribus & huic Republicæ satis periculosis*  
*annis* fere multos, inter aliosq; Senatorio & Consulari nomine egregie,  
de se meritos viros, qvorum cùm funebres *Laudationes*, nescio qvo fato lu-  
cem videre hactenus non potuerint, simul ipsorum memoria apud po-  
steros visa est maximam esse passam jacturam; Idem ne plane eveni-  
ret duobus inter *Laudata Urbis nostræ Decora*, nimirum duobus Consulibus ge-  
neris antiquitate Nobilissimis, variarum rerum usu, prudentia & consiliorum felici-  
tate ac dexteritate Clarissimis, Dnis **Jonæ Schönleben & Sig-  
mundo Hornio**, illius in Consulatu Successori, relictis cæteris  
facun-

facundiori & exercitatori ingenio, *hec duo veluti majora inter minora sidera*,  
qvâ pro hebetudine mentis oculorum possem, contemplanda imprimis  
mihi semper visa sunt, semper qvoq; *clariora, qvam ut appropinquare pos-*  
*sem, deprehensa.* Rariores tamen dotes iterum ac singulares, qvas  
posteritas admiretur & æmuletur, virtutes, resq; posteritati qvoq; non  
solum præsenti ætati memorables, tanquam nullas aut vulgares volun-  
tario silentio transmittendas, literis haud committere, in Manes opti-  
mos injuriosum itidem visum est. Celebris qvidem Eorum fama, qvem-  
admodum non intra Urbis nostræ muros se continet, sed pridem hos  
termino transgressa longius protulit sedem, plurimis beneficiorum  
acceptorum tenacibus paßim locorum animis inhærens; sic statim qvi-  
dem emori non potest, vel ideo diutissimè mansura, qvoniam nihil su-  
pra verum effert: ast infida tamen mortalium memoria, nisi fidis custo-  
dibus, h.e. literis commissa, opinione citius deserit optimè meritos, raro  
ad extremum vitæ supereft coætaneorum integra, cum ipsorum spiri-  
tu solvitur fere tota, apud exteros vel confusa errat vel plane interit.  
Enimvero narrationes per vivos propagatae, quantumvis nihil falsi  
admisceant, plerumq; tamen aut imperfectæ sunt, aut incertæ videntur,  
cùm præsertim jam ad nepotes per avorum ora transierunt, fidem do-  
mestici testimonii solum præ se ferunt. Nobilius atq; ære perennius  
*Bigæ Laudatorum Virorum monumentum excitavisset, Illi* qvidem, *facundia*  
*maximus Orator & Concionator B. Dominus Sebastianus Godofredus Starckius,*  
*SS. Theo!. Doctor celeberrimus, hujus Urbis Pastor ac Ephorus optimè meritus;* *Hujus*  
*autem frater etate major, Archidiaconus, senio & munere maxime venera-*  
*bilis, Alteri, si, qvibus post obitum exornarunt, funebres Panegyricas*  
*posteritati æqvè commendare, atq; præsentibus approbare, per fata,*  
*potuissent: Aut tum temporis si qvis, aut post, ingenio cùm divite,*  
*tum excellenti confisus, seu felicis poëtæ copiosissima venâ, seu divini*  
*Oratoris consummatissimis numeris, seu historici circumspæti gra-*  
*vissima simplicitate maturius æternitatis tabulis inseruisset Viros, qui*  
*sic vixerant, ut non debuerint mori, & mortui sunt, ut æternum super-*  
*esse memoria virtutum earum debeat. Sed cùm in hunc usq; diem,*  
*neminem extitisse doleant mecum Clarissimi Viri, præter nobilem for-*  
*san hujus nostræ Freibergæ Historiæ & Polyhistorem DN. Andream Mollerum,*  
*Medicine Doctorem & Physicum famigerabilem admodum, qui nec omnes ta-*  
*men utriusq; Virtutes, nec totas attigit, sed communes qvasdam cum*  
*aliis, tum in exornanda patria tum defendenda; nec etiam debuit, toti ur-  
bi intentus, non uni, aut paucis; non semel suffusum rubore pertæsum,*  
*est cùm in dicendo imbelliae, tum, qvam solum non ignoro, ignorantiae*  
*pœnitendæ plane, qvæ & me meo modulo ac pede mensum audere,*  
*aliquid & conari post tot doctissimos Urbis nostræ, hujusmodi & ma-*  
*jori non dispares oneri Viros absterruit. Nullius enim eruditio-*  
*nis, qvæ non infra mediocritatem posita sit, mihi conscius sum, nec si spe-*  
*ctem eloquentiam, in apertas sermonis Veneres abditosq; sententiarum*  
*stimulos, qvibus ingeniosorum hominum solertiam delectem, me na-*  
*tum sentio & fateor; neq; tamen propterea ab omni recognitandi & re-*  
*cognoscendi ejusmodi munus plane abegit animum curiositate, qvâ*  
*sunt plerique, qui ad rem sunt ineptissimi, neque ex eodem omne*  
*meritorum æstimium & virtutis exturbavit. Est etenim omnino*  
*qvædam in animis etiam infimæ & meæ fortis magnæ virtutis ad-*  
*miratio impressa, qvæ quid deceat non plane ignorat, pietatemq;*

me.

*Le 3340 TK*

meriti religione pignerat ac obstringit, meamq; nunc ad onus humeris  
majus non plane invitum abripuit, simili meritorum religione, tum in  
Remp. hanc celeberrimam, tum in singulos immortalium, qvorum ha-  
beo conscientiam, & partem bonam mihi meisq; reverenter agnoscen-  
dam profiteor: Ut enim nil dicam de b. Hornio, cui post Deum menimium  
quantum debere nunquam inficias ibo: Sunt b. Schönleben, utriusq; qvod mire-  
ris, ex aſſe paternarum h. e. egregiarum virtutum hæredis-Filii Cognatorumq; in me  
plane singularia & tanta merita, ut majori ſive oneri ſive muneri collum  
submittere & succumbere non verear tandem. Statutum itaq; apud  
animum eſt periculum facere, qvid humeri valeant, qvid ferre recu-  
ſent, ſedetq; mens, non difvadentibus, qvorum interest, Maximo apud  
nos Viro de Urbe non minus noſtrâ, qvam de vivendi ratione & neceſ-  
ſitate apud nos, h.e.re metallica insigniter merito, ubi B. C. D! pri-  
mus post 12. Februarii, qvi b. Schönleben annis abhinc viginti duobus  
emortalis fuit, ſed conventuris non ſatis aptus, adeoq; hinc ſeqvens dies  
reluxerit, Ejusdem pulcherrimam Vitam, qvam vixit Cognomini con-  
gruam, descriptam dare ſolum modo, ſi materiam ſpectaveris, inge-  
nui narratoris, ſi perpenderis ſtilum, ſcriptoris ſimplicis, ſi animum  
aſtumaveris, hominis grati nomine contentus. Qvi ſalubre impri-  
mis atque frugiferum eſſe credunt, qvod optimi qviq; putant, claro-  
rum Virorum exempla proposita præter oculos intueri affiduè, ut  
qvorum virtutes recenſentur, & actus imitatione exprimantur; Nos  
nec præter rem, nec receptam conſvetudinem eſſe facturos dicent, ſi  
tam Singularis Viri Vitam breviter ab initiis repetamus, & honorificâ  
ſua, qvam precibus exoratam volumus maximis, inſtante die Veneris,  
finitis Sacris matutinis teſtabuntur præſentiā, ſibi non displicere,  
bene mereri velle de illo, qvi nunquam male de hac noſtra mereri  
voluit, hoc eſt, de noſtro Schönleben. Cujus Fautores ac Patronos  
pariter atq; Admiratores & Cultores, qva poſſum observantia invito  
maximâ, pollicitus qvicq; redhoſtimenti loco in meæ fortis cadere  
potest hominem, ſemper paratum nulli D.D. defuturum. D. inter va-  
rias occupationes, Freibergæ 10. Febr. A. P. C. N. cīc Icc LXXX.



1017

X2120672

J.V. 115.

Ze  
3340

B. C. D!

Serius at serius

Curriculum

Vitæ pulcher

Qvam vixit, dum

V I

Generis antiquitate, Munerum  
utilitate, rerum pulcher

NOBILISSIM

Jonas

Di

In Gang

Hic FREIE

9. Aug. A. C. 1609

28. Nov. A. C. 1609

24. Sept. A. C. 1644

26. April. A. C. 1644

â Potentissimo verò E

Joh. Georgio I. glori

A. C. 1629.

Post. A. C. 1631.

Duorum filiorum

A. C. 1658. d. 12. Febr.

Etatis annos 75. Menses

placide de  
enarratu

OMNES atq; S

Qvicuncq; aliqua r

Huic nostræ me

& præsunt &

ut audire

Humilitate &

Qva potest, maxima

invitat

M. ANDREAS BEYER / G. R. & SYMMYSTA  
ad D. Nicolai C.

Stanno BECKERIANO.

